



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1838**

XXVIII. Schenkung der Geschwister von Winterfeld im Dorfe Blüten an das h. Geist - Hospital v. J. 1329.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

XXVIII. Schenkung der Geschwister von Winterfeld im Dorfe Blüten an das h. Geiſt-  
Hospital v. J. 1329.

Nouerint vniuerſi, quorum interest seu poterit interesse, Quod Ego Woldeke Relicta nicolay Ruſt totaliter renunctio duobus manſis ſitis in villa bluten, in curia henninghi krugher, quos prouifores ſancti Spiritus in perleberge rationabiliter emerunt perpetue poſſidendos. In ſuper nos hinricus, ghifo et volmer, dicti wintervelt, fratres eiusdem domine, promiſimus et preſentibus promittimus data fide diſcretis viris conſulibus ciuitatis perleberg ac iſtis prouiforibus, quod nec ſoror noſtra predicta nec pueri eius nec aliquis amicorum noſtrorum inpetere debet bona prenarrata ſed ſi aliquis eorum ipſa bona inpeteret ſeu inbrigaret, ex tunc nos ea totaliter debeamus diſbrigare. In omnium iſtorum euidentiam noſtra ſigilla cum noſtro conſenſu preſentibus ſunt appenſa. Datum anno domini M° CCC° XXIX° in octaua beati mathie apoſtoli.

Nach dem Original.

XXIX. Die von Rochow und von Bredow garantiren den von der Stadt Perleberg mit  
Wolf von Betſitz geſchloſſenen Irreden im J. 1331.

Nos Wychardus de rochowe, petrus nec non coppekinus fratres dicti de bredowe, tenore preſentium lucide proſitentes, Quod guerra, que inter Conſules ciuitatis perleberghe et Wolf de Betſitz et Suos fratres volabatur, noſtro aduſorio in compositionem amicabilem ac pacificam eſt redacta. Si uero memoratus Wolf de betſitz aut ſuorum amicorum aliquis pro hac cauſa ipſos de perleberge auſu temerario moleſtare preſumeret, contra ipſos de betſitz cum conſulibus de perleberghe nos quanto peius potuerimus faciemus. Inſuper preſentibus conſules cum ciuibus in ciuitate perleberge reſidentibus ſecure ubique ſe transferre debeant pro hac cauſa pre hengero de vchtenhagen et heningo de Redern et omnibus, qui propter nos faciunt et dimitunt. In cuius rei teſtimonium preſentibus noſtra ſigilla ſunt anexa. Datum anno domini M° CCC° XXXI° feria ſexta poſt diem aſcencionis domini.

Nach dem Original.

XXX. Der Magiſtrat verkauft den Schumachern die Schubänke im J. 1333.

In nomine ſancte & indiuidue trinitatis amen. Quoniam in humanis actibus nichil incommutabile aut ſtabile reperiatur ſuper terram, vile immo neceſſarium eſſe videtur, ut ſigillatis litteris perhennentur que a poſteris aliquoſiter nolimus ignorari. Hinc eſt, quod nos Johannes bubrow, wacherus, henricus cartane, hinricus dalemyn, Johannes ſtendal, hence conolt, arnold de ſconermarke, petrus buols, ghifo ganſver, thidericus dalemyn conſules ciuitatis perleberghe proteſtamur preſentibus publice, quod vna cum focis noſtris ſenioribus conſulibus in hoc concordauimus, quod maturo prehabito conſilio rite & rationabiliter vendidimus noſtris dilectis ciuibus futuribus ſcampna & curiam futurorum, que dicitur ſcuohof noſtre ciuitatis & quatuor ſcampna extra eam curiam iure hereditario ſcilicet hereditando filiis ſuis & filiabus ſeu eciam amicis ſuis poſſidenda. Inſuper ſi aliquis de focis ſuis ſuum venderet ſcampnum & ſi is vltorius calcios operari decreuerit, non preſumat quod aliquoſiter in foro aut alicubi ſuos exponat calcios ad vendendum preter ſolummodo in domo, in qua moratur ſiue caſe ſue in fenestra quousque aliud ſcampnum emerit et ſuis denariis comparabit & interim cenſum localem qui ſtedeghelt di-